

VI. Mixturæ antispasmodicae.

1.

Rx. ▽ flor. tiliae
millef. comp. aa ʒj.
pulv. antispasmod.

Class. IX. No. 2. ʒj.

liquor. anod. min. gutt. XL.
syr. pap. alb. ʒij.

M.

2.

Rx. ▽ millefol. comp.
chamom. aa ʒj.
ess. castor.

liqu. anod. aa ʒʒ.
syrup. cinnam. ʒij.

M.

SECTIO XV.

DE

FORMVLA MIXTVRAE
CONCENTRATAE.

§. 613.

Quid sit
mixtura
concentrata.

Mixtura concentrata est mixtura, quae ex
eiusmodi ingredientibus, quorum vir-
tus paruo sub volumine later, est conflata,
et cuius dosis per guttas determinari solet.

§. 641.

§. 614.

Cum mixtura concentrata ex eiusmodi *Quanam*
constet ingredientibus, quorum virtus paruo ingredi-
sub volumine lateret, eiusque dosi per guttas entium
determinari soleat §. 613, omnia ista fluida ei vice in
materiæ præbere, atque ingredientium vice mixtura
fungi possunt, quorum virtus paruo sub volumi- concentrata fun-
ne continetur, et quæ inter se commisceri gi pos-
possunt, atque commixta dosi porrigenda sint.
sunt per guttas determinanda.

§. 615.

Talia sunt tincturæ, essentiae efficacio- *Recen-*
res, spiritus similes, elixiria, balsama liqui- sentur,
da, natiua, arte facta, essentialia, olea aro- quanam
matica, destillata, liquores salini coacti et ingredi-
similia. entium
vice fun-
gi pos-
sunt in
mixtura
concen-
trata.

§. 616.

Resinae, extracta solida, massæ pilula- *Resinae,*
res, in menstrui idonei parua quantitate so- extracta,
luta, sunt fluida, quæ virtute gaudent ma- massæ
iori sub minori contenta volumine, cum aliis pilulares
idoneis eiusdem generis commisceri possunt, efficacio-
et commixta dosin postulant per guttas deter- res solu-
minandam. Iam omnia ista fluida mixturæ tæ in-
concentratae materiam præbere atque ingredi- gredien-
entium vice fungi possunt, quorum vir- tia esse
tus paruo sub volumine continetur, et quæ possunt
inter se commisceri possunt, et commixta mixtura.

Cc 2

do-

dosi sunt porrigenda, per guttas determinanda §. 614. Ergo efficaciores resinae, extracta solida, massae pilulares in menstrui idonei parua quantitate soluta, ingredientium vice in mixtura concentrata fungi possunt.

§. 617.

Salibus
ficcis,
quae par-
ua dosi
agunt et
in spiritu
ardente
solubilia
sunt, in
mixtura
concen-
trata lo-
cus est.

Eandem ob rationem in mixtura concentrata illis salibus ficcis, quae parua dosi agunt et in spiritu ardente solubilia sunt, locus est; soluta enim sunt fluida, quae parua mole agunt, cum aliis idoneis commisceri possunt, atque commixta dosin per guttas determinandam postulant §. 614. Vix ideo huc pertinent, nisi volatilia, tum tartarus regeneratus et pauca alia. Liquores etiam salini interdum ingredientium loco in mixtura concentrata adhibentur, qui tamen non cum omnibus promiscue liquidis sunt commiscendi.

§. 618.

De pro-
portione
ingredi-
entium
in mix-
tura con-
centrata.

Ingredientia mixturae concentratae, quae diffusorem habent virtutem, in maiori quantitate minori contra, quae parua mole agunt, recipi solent, vti sunt salia volatilia, balsama, extracta essentialia, olea, vt sic aliis temperentur, adiuentur et corrigantur. Si vero mixtura concentrata est praeparanda, quae dosi parua est porrigenda, efficaciora vel eadem, qua minus efficacia, quantitate, vel maiori sunt praescribenda. Eorum, quae in fluidis sol-

soluenda sunt, qualia sunt balsama, olea, resinae, extracta solida, etc. tanta quantitas est recipienda, ne qua eorum pars maneat indissoluta, vel iusto spissior euadat mixtura. Draastica denique si exhibeantur in mixtura concentrata, eorum quantitas aliorum quantitati sic accommodanda est, ne quid nimis quaelibet mixturae dosis contineat.

§. 619.

Exempla sunt:

I. Mixturae stomachicae.

1.

R_x. ess. cort. $\odot$ rant. immat.
calcar.

tinct. $\ominus$ tartari aa $\overline{\text{zss}}$.

spiritus nitr. dulc. $\overline{\text{ziii}}$.

ol. macis gutt. VIII.

M.

2.

R_x. ess. cort. citri
gent. rubr.

cinnam. vel

succin. aa $\overline{\text{zij}}$.

M.

Eiusmodi mixturis creberrime vsus Medicorum facile princeps, beatus HOFFMANNVS. Hic, si mixturam stomachicam simul

C c 3

que

que antispasmodicam praescriberet, praeter ingredientia in mixturis iudicata, adhibebat liquorem suum anodynum, vel spiritum nitri dulcem, essentiam castorei, croci, cum paucis olei macis guttulis, eaque debita in portione coniungebat. Praeterea elixiriis, ex extractis amaris praeparatis, frequenter et summo cum fructu usus fuit, cuius generis sunt sequentia.

II. Elexiria visceralia.

I.

R $\acute{x}$. extr. gent. rubr.
centaur. min.
card. bened.
cascar. ∇ ol. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

$\ominus$ tartari $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

solue vase clauso in

∇ menth.

meliss. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

filtra et dein adde

ol. caryophyll. cum

facch. subact. gutt. XII.

Aquae menthae et melissae substitui potest aqua cinnamomi cum vel sine vino et quaevis alia, quam Medicus scopo suo magis minusue accommodatam apprehendit; quamvis aqua, quaecunque sit, elixirio parum

rum virtutis largiri videatur, et aqua fontana simplex reliquarum vicem commodè sustinere possit. Hoc elixir conducit iis praesertim hominibus, qui spirituosa perferre nequeunt, resoluit et abstergit, huncque effectum maiori exferit in gradu, si ei terra foliata tartari, vel eius liquor adiicitur. Potest quoque ipsi filtrato addi essentia corticum citri, aurantium, cascarillae, succini, si roborandi scopo magis, quam alii est adhibendum, essentia vero castorei, croci, si spasmi sunt mitigandi. Neque ut omnia paulo ante praescripta extracta simul adhibeantur, necesse est, sed pro circumstantiarum et indicationis ratione vnum vel alterum omitti, aliudque eligi potest. Sic si hoc elixirio alium servare apertam intendimus, rhabarbarum vel in forma extracti, vel in substantia in pulverem redactum, ei addi potest. Pro dosi adhibetur guttis octoginta usque ad centum.

2.

Elelix viscerale, quod in notis b. HOFF-
MANNI ad Poterium p. m. 186. extat.

R $\bar{c}$. herb. scordii mij.
 flor. cent. min. mij.
 myrrh. elect. $\frac{3}{4}$ fl.
 croci $\frac{3}{4}$ j.
 succini
 zedoar.
 nucist. aa $\frac{3}{4}$ j.

Cc 4

lign.

lign. aloes ℥i℥.

cort. ◯rant. ℥℥.

ol. cardam.

caryoph. aa gutt. X.

Vini tartarif. mens. I.

⊖ Xci ℥i.

F. Extractio.

3.

Elexir laxans aperituum.

R. extr. rhabarb. ℥j.

liqu. ▽. fol. Frij. ℥j.

M.

4.

Elexir laxans

R. mixturae simpl. non camph. ℥iv.

extr. panchym. Croll. ℥i.

M.

III. Elexir stomachicum.

R. rad. gentian. ℥℥.

zedoar. ℥j.

cort. citri rec. ℥j.

◯rant. imma.

chinae

cascar. aa ℥℥.

succin.

myrrh. elect.

nucist. aa ℥j.

⊖ tartari ℥℥.

Con-

dum adhibetur, eique essentia lignorum addi solet.

V. Balsami vitae.

1.

Rx. ol. caryophyll.
lauend.
de cedro aa ℥j.
menth.
rutaee aa ℥ss.

Misce et huius mixturae guttas X instilla spiritus vini a rosis abstracti et rectificatissimi, vnciae, dein ad colorem huic balsamo flauum conciliandum et virtutes eius augendas, adde balsami Peruuiani quantum satis, circiter eius drachmam dimidiam ad vnciam vnā balsami. Si eum desideras cum ambra, eius pauca grana dictis oleis soluta adde.

2.

Balsamus vitae b. HOFFMANNI, qualis in eius Notis ad Poterium descriptus est.

Rx. olei lauend.
maioran.
caryophyll.
cubebae.
cardamom.
citri rec. aa ℥j.
mac. dest. ℥ij.
cinnam. gutt. XXIV.
rutaee
succ. alb. aa ℥ss.

Haec

Haec olea inuicem misceantur et per aliquot septimanas stent; quando itaque extemporaneum balsamum vitae habere volumus, de hoc oleo instillantur spiritus vini rectificatissimi vnciae vni guttae decem; quodsi adhuc gratius reddere velimus, ambra in antea praescripto oleo soluatur, et quidem addi potest huic oleo scrupulus semis. Quodsi autem balsamum hoc nobilioribus adhuc virtutibus balsamicis impraegnare volumus, addi potest balsamus Peruvianus, nimirum vnciae vni balsami vitae drachma semis, sic balsamum redditur apoplecticum, cuius vsus interne et externe est egregius.

VI. Mixturae bezoardicae, seu sic dictae alexipharmacae.

^{1,}
R_x. ess. scord. ℥i.
pimp. alb. ℥ss.
vincetox. ℥ij.

M.

^{2,}
R_x. ess. alexipharm. Stahl. ℥ss.
spirit. bezoard. Buss.
ad mentem Hoffm. ppt. ℥ij.

M.

^{3,}
R_x. spirit. bezoard. Buss. ℥ss.
liqu. anod. Hoffm. ℥ij.

M.

VII. Mix-

VII. Mixtura roborans et adstringens.

R_x. ess. cascar. siue
succini
tinct. ▽ catechu aa ʒij.

M.

VIII. Mixturae balsamicae.

1.

R_x. ess. myrrh. sine alcali
succini sine alcali aa ʒii
olei terebinth.
bals. de Copaib. aa gutt. III—IV.

M.

2.

R_x. ess. succ. sine alcali ʒss.
myrrh. sine alcali ʒij.
ol. terebinth. gutt. XXX.
ol. ouorum q. s.

M.

Adplicandae sunt hae mixturae ad partes
non admodum sensibiles.



SECTION